

2056. IN OMNI CREATURA CREATORIS VESTIGIUM

Vorläufige Datierung: nach 1690

Überlieferung:

L Konzept: LH XXXVII, 6 Bl. 12–13 (Darauf auch *Observationes chymicae et physicae*).
 5 1 Bog. 2°. $\frac{2}{3}$ S. auf Bl. 13 v^o.

bearbeitet von Henrik Wels

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Unser Stück steht auf der letzten Seite eines durchgezählten Konvoluts aus 5 Bögen, auf denen Leibniz Auszüge und Bemerkungen vor allem zu Schriften von Basilius Valentinus notiert (LH XXXVII, 6 Bl. 5–13). Leibniz bezieht in unserem Stück die Dreiheit der aristotelischen, naturphilosophischen und chemischen Prinzipien auf die Trinität. Leibniz hatte Schriften von Basilius Valentinus seit 1670 vor Augen. Auf seiner Italienreise traf er 1688/89 in Wien dessen Herausgeber Johann Thölde, wie er Vincent Placcius am 7. Juli 1690 (II, 2 N. 80) berichtet. Gegenüber Georg Wolfgang Wedel bemerkt Leibniz am 9. September 1699: »In Basilio Valentino plus experientiae agnoscimus quam in plerisque aliis qui feruntur. Nam in rem descendit, non contentus μετεωρολογεῖν.« (III, 8 N. 74, S. 225).
 10 Unser Stück dürfte nach 1690 entstanden sein, vielleicht in der Phase des Harzbergbaus (1692–1696), wo Basilius' alchemische Schriften für Leibniz von Interesse gewesen sein dürften. Das Wasserzeichen stützt die Datierung auf die Zeit nach 1690.

[Thematische Stichworte:] creatio; creatura; mens divina; speculatio; materia; forma; spiritus; alchemia; chemia; Mercurius; Sol; sulphur; aurum; Trinität; Deus; Aristoteles; vis plastica; principia rerum; mens simplicissima
 15 20

[Einleitung:] —

In omni creatura Creatoris vestigium. Itaque in Deo repetenda principia rerum. Deus est Mens. Fiunt enim omnia per suas causas et in mente proficiscuntur.

Mentis divinae vita contemplatio est. Nam vita est operatio. Contemplatio autem mentis operatio est. Deus nihil perfectius habet, quod contempletur seipso. Deus seipsum intelligit producendo de se τὸν λόγον sui ipsius. Hoc totidem verbis dixit et Aristoteles. Qui λόγος est idem cum producente. At quia Deus non esset ex sua speculatione felix, nisi esset quoddam sentiens speculationem summa cum voluptate, ideo dabitur et actus in Deo, qui est speculationis speculatio[.] Haec speculatio percipiens speculationem est actus substantialis tertius, idem cum eo quod producit τὸν λόγον et cum τῷ λόγῳ. Aristoteles lib. XII. *Metaph.* quando de mente divina tractat definit Deum quod sit speculationis speculatio. Est ergo Deus una et simplicissima Mens, consistens in trino actu substantiali, qui trinus actus substantialis est
 25 30

30f. Aristoteles ... speculatio.: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, XII, 7, 1072 b 16–30.

eadem Mens. Christiani autem actum substantialem vocant personam. Eodem modo in [corporeis] aliis rebus sunt tria principia: materia forma et spiritus. Nam forma est ὁ λόγος cujusque rei. Materia (licet valde imperfecte quia corruptibilium est[]) repraesentat patrem; ὁ λόγος filium, spiritus spiritum. Aristoteles statuit tria principia materiam formam et privationem. Loco privationis substituimus spiritum. Ipse Aristoteles principium motus dicit esse naturam, quae natura revera est noster spiritus. Materia est ex quo aliquid fit ita ut insit. Forma seu species est id quod intellectus de re concipit[;] spiritus est principium motus et quietis; et operatur secundum materiam et formam. In animalibus disputans de vi plastica videtur recte dici; Marem immittere spiritum in foeminam, indicio est, quod in quibusdam animalibus speciebus mares nihil visibile immittunt in uterum foeminae. In regno vegetabili et quibusdam animalibus exanguibus nulla facile distinctio maris et foeminae[.] In his spiritus qui aeri insunt tempore vernali excitant materiam. In regno minerali spiritus inhaerent evaporationibus terrestribus. Aristoteles putat aurum esse aliquid ex terra et evaporationibus. Hae [evaporationes] videntur provenire ex corde terrae, forte enim quasi animal est.

Mercurius est chemicis quod nobis spiritus, habet enim activam naturam. Sulphur est quasi forma nam et colorem metalli in se continet. Sol est instrumentum quo spiritus continet materiam, est tamen simul pars melior materiae. Difficile aurum in haec principia resolvere quia Phlegmate caret, planeque excoctum est. Itaque addenda ei humilitas apta[.] Basilius ei reddit spiritum ἧ nempe ex minera ἦ. De quo alibi. Alioqui si redigeretur satis magna auri quantitas in vitriolum, haud dubie daret spiritum. Non quidem videtur idem esse omnium metallorum spiritus, attamen spiritus ἦ auro cognatus est. Spiritus in plumbo adhuc vehementior trinusque coagulatus. Inest spiritui huic vis plastica. Hic est ille ὤ philosophorum.

1 in (1) omnibus | (2) corporibus (3) | corporeibus ändert Hrsg. | erg. | L 3 patrem; (1) forma (2) ὁ λόγος L 10 regno | minerali et gestr. | vegetabili L 14 evaporationibus L ändert Hrsg. 20 quidem erg. L

4f. Aristoteles ... privationem: vgl. ARISTOTELES, *Physica*, I, 7, 191 a 8–17. 5 Aristoteles ... naturam: vgl. ARISTOTELES, *Physica*, II, 1, 192 b 20–23. 13 Aristoteles ... evaporationibus: vgl. ARISTOTELES, *Meteorologica*, III, 6, 378 a 20-b 6. 18 Basilius ... minera ἦ: vgl. BASILIUS VALENTINUS, *Letztes Testament und Offenbarung der himmlischen und irdischen Geheimniß*, Jena 1926, II, 3, S. 208 und II, 13, S. 267.